

Amtsblatt


für die Erzdiözese Freiburg.

Nr 16

Freiburg i. Br., 18. Mai

1934

Außerordentliches Jubiläum.



CONSTITUTIO APOSTOLICA*

UNIVERSALE EXTRA ORDINEM IUBILAEUM ANNIS MDCCCXXXIII — MDCCCXXXIV
ROMAE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.



PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES
LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ET APOSTO-
LICAM BENEDICTIONEM.

Quod superiore anno universale extra ordinem Iubilaeum indiximus ad undevicies saecularem memoriam recolendam peractae humani generis Redemptionis, quodque iam feliciter ad exitum deductum est, id, elutis expiatisque animis et a »terrestris huius incolatus domo« ad superna erectis, tot tantaque attulit beneficia divinaque solacia, ut temperare Nobis non possimus quin immortales Deo optimo maximo grates agamus. Vidimus enim per huius anni sancti decursum — quod quidem caelestis Numinis benignitati accep-

tum referimus — innumerabiles paene filios singillatim turmatim in almam hanc Urbem confluere, eodemque et coram admisimus et paterno alloquio recreavimus. Idque ex omnium civium ordine factum: nempe ex operaria plebe, quae victum sibi cotidiano labore comparat; ex optimatibus civitatumque primoribus, qui in difficillimis horum temporum condicionibus videbantur — exemplum sane omni laude dignum — non tantum sibi sed suis etiam omnibus caelestem opem conciliare; ex iis, qui florenti aetate fruuntur atque ex iis, qui, senio prope confecti, romani itineris incommoda perpeti non recusarunt. Neque ex Italia tantum atque ex vicinioribus regionibus, sed ex transmarinis etiam terris convenerunt, ac paene undique gentium; ita ut vetustissima Romae templa, sacra hypogea ac vel ipsae Urbis viae elatis resonarent canti-

* A. A. S. XXVI p. 137 ss.

cis, quae fidelium turbae »ex omni lingua, populo ac natione« pientissime effudissent. Atque non rarum fuit, renovato veterum romaeorum more, homines ac mulieres cernere, pedibus longo itinere suscepto, Romam advenire, communem Patrem invisuros, suorumque commissorum veniam impetraturos. Quos omnes paternis honestamus laudibus; eo vel magis quod, cum acerbum, quo tam diu angimur, rerum oeconomicarum discrimen nondum remiserit, peregrini ex hisce non pauci ad pium huiusmodi consilium ineundum deducendumque in usum, pergravibus debuerunt difficultatibus occurrere easdemque superare.

Cum tamen non omnes, quibus cordi esset, Romam contendere potuerint, ad amplissimos potiundos caelestis gratiae thesauros, idcirco consentaneum ducimus ut, ex Apostolicae Sedis more institutoque, quae hac in alma Urbe usque ad hodiernum diem civibus atque advenis patuit iubilare veniae facultas, ea per integrum annum ubique gentium vigeat. Quam ad rem salutariter assequendam, Ecclesiae administratos adhortamur imprimisque Episcopos ut — opportunis habitis ad populum concionibus ac spiritualibus, ut aiunt, exercitiis sacrisque expeditionibus — christifideles quam plurimos ad sua cuiusque admissa per Paenitentiae Sacramentum eluenda et ad plenae huius indulgentiae beneficium lucrandum rite praeparent omni-que ope permoveant. Eosdemque moneant ut ad mentem Nostram supplices Deo preces adhibeant. Hanc vero ad mentem quod attinet, praeter ea, quae per Apostolicas Litteras »Quod nuper« commendavimus, ut nimirum debita ubique terrarum libertas Ecclesiae restitueretur, ac populi omnes ad pacem, concordiam verique nominis prosperitatem revocarentur, hoc etiam cupimus ut christifidelium supplicationes studiose impetrent, ut perseverans nempe atque assidua Missionalium opera feliciora cotidie incrementa capiat, ac dissidentes universi ad unum Iesu Christi ovile auspiciato reducantur.

Huic praeterea mentis Nostrae poposito aliquid etiam adiicere placet, quod Nobis summopere cordi est. Quandoquidem enim in regionibus non paucis teterrimi increscunt »atheorum militantium« nisus, qui, in caeleste Numen temerario ausu rebellantes, nefandum illud atque scelestum effatum, suum veluti insigne, iactant: »Absque Deo, contra Deum!«, idcirco valde opportunum putamus ut, per proximam piacularis huius anni ad universum catholicum orbem prorationem, gravissima eiusmodi iniuria, divinae Maestati illata, precando expiandoque pro facultate resarciatur. Id faciant, quaesumus, christifideles omnes: id

scilicet a misericordiarum Patre contendant, ut formidolosi horum pravorum hominum conatus, qui non modo religionem quamlibet, sed civilem etiam cultum verique nominis urbanitatem subvertere enituntur, tandem aliquando remittant atque incassum recidant. Id etiam suis precibus suisque piaculis impetrent, ut humani generis Redemptor obcaecatos eorum animos — infitiorum dicimus osorumque Dei — caelestis luminis fulgore percellat, eosdemque suorum scelerum rubore paenitentiaque commotos, ad paternum amplexum misericorditer reducat. — Quam ad rem in animo Nobis est, antequam saeculares hae celebrationes concludantur, publicam in Vaticana Basilica supplicationem participare, eo nempe die, qui opportuno tempore praestituetur.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, maximum divinae Redemptionis Iubilaeum, quod Romae celebratum est, ad universum catholicum orbem per Apostolicas has Litteras extendimus, ad Occidentalem nimirum et ad Orientalem Ecclesiam, atque in integrum annum prorogamus; ita scilicet ut a die octava Paschatis huius anni, ad plenam usque diem item octavam Paschatis proximi anni MDCCCXXXV lucriferi possit.

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus etiamsi per elapsam annum sacrum Iubilaei veniam adepti iam sint, apostolica auctoritate Nostra plenissimam totius paenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam — ubique terrarum extra Urbem eiusque suburbium lucrandam — concedimus atque impertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia, dummodo, rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et sacra Synaxi reflecti, ecclesias vel publica oratoria, ad hoc designanda, statuto tempore pie inviserint. Quae omnia ad eas normas perficere debent, quae mox statuentur:

I. Locorum Ordinarii, sive per se ipsi, sive per probatos viros ecclesiasticos — quibus etiam, si liberit, hanc potestatem per integrum anni spatium utendam permiserint — ad iubilares quod attinet visitationes agendas, in *episcopali urbe* cathedralem aedem ac tres alias ecclesias vel publica oratoria designabunt, in quibus, interdum saltem, eucharisticum sacrificium celebrari soleat; in *suburbio* vero et in *reliquis dioecesis partibus* paroecialem cuiusvis paroeciae ecclesiam designabunt, atque, intra eiusdem paroeciae fines, tres alias ecclesias vel oratoria, ut supra diximus.

II. Quemadmodum per elapsi piacularis anni decursum Romae factum est, ita per proximi anni spatium tres sacrae visitationes habendae sunt in unaquaque

vel unoquoque e quattuor ecclesiis vel publicis oratoriis designatis; idque sive eodem die, sive subsequentibus diebus; ita quidem ut christifideles, vixdum e sacra aede post actam visitationem egressi, iterum atque illico in eam ingredi queant ad alteram ac tertiam perficiendam visitationem. Quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi, aut per suos delegatos, decernere poterunt, ut praescriptas visitationes duodecim in minore aedium sacrarum numero peragi liceat; ita scilicet ut vel quattuor in tribus ecclesiis, vel sex in duobus, vel duodecim in una dumtaxat fiant.

III. Ut vero quae in sacris hisce visitationibus effundentur preces ad divinae Redemptionis ac praesertim ad Dominicæ Passionis memoriam fidelium animos studiosius referant atque excitent, haec, quae sequuntur, statuimus atque iubemus: praeter eas supplicationes, quae ultro pro singulorum pietate ad Deum admovebuntur, quinquies ante Augusti Sacramenti aram preces »Pater, Ave et Gloria« recitari debent ac semel insuper ad mentem Nostram; omnes dein ante Iesu Christi cruci affixi imaginem ter formulam »Credo« pronuntient, ac semel precatiunculam »Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, etc.« vel aliam id genus; mox Deiparae Virgini se sistant atque septies inibi, dolores eius recolendo, salutationem Angelicam »Ave Maria« recitent, preculam semel adiiciendo: »Sancta Mater, istud agas, etc.« vel aliam eiusmodi; denique ad Augusti Sacramenti altare convenient atque catholicam fidem usitata formula, »Credo« devote profiteantur*.

IV. Quoniam vero nonnullae e recitandis precibus Iesu Christo eucharisticis velis delitescenti adhiberi debent, locorum Ordinarii curent ut, cum ecclesias vel publica designant oratoria, ea eligant in quibus Augustum altaris Sacramentum legitime asservari soleat; vel saltem in quibus, cum sacra visitatio peragetur, praesens haberi queat. Quodsi, ob peculiare locorum condiciones — quod praesertim in Missionalium regionibus continget — id fieri nequeat, nulla tamen e precibus, in iubilari visitatione praescriptis, praetermittatur. Quae autem supplicationes Iesu Christo Eucharistico admovendae sunt, eas christifideles Augusto Sacramento, etsi non praesenti, mente tamen atque animo venerabundi adhibeant; cum ob mirandum Eucharistiae donum grates habentes maximas, tum pietissimas praebentes satisfactiones ob iniurias eidem Sacramento illatas. Atque in his rerum ad-

iunctis catholicae fidei professio ante Iesu Christi cruci affixi imaginem habeatur.

V. Ut iubilares visitationes christifideles facilius instituere atque exsequi possint, eis facultas datur easdem peragendi visitationes etiam extra paroeciae vel dioecesis cuiusque suae fines; in templis tamen pro unoquoque loco legitime designatis. Quod quidem, singula singulis referendo, populis quoque Missionalibus demandatis conceditur.

VI. Decernimus praeterea ut, quemadmodum Romae per elapsam piacularum annum actum est, christifideles iubilarem hanc indulgentiam cum sibi, tum vita functis, toties lucrari possint, quoties imperata opera rite perficiant; ita tamen ut nulla pro altero iubilaeo acquirendo opera finiri queant, antequam inchoata pro pro primo opera omnino absoluta fuerint.

VII. Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumque conditione versentur, haec statuimus, quae sequuntur.

1. Nautae iique omnes qui navibus inserviunt, si navigium, in quo iter faciunt, sacellum habeat, ubi fas sit sacris operari, inibi poterunt iubilares perficere visitationes. Sin aliter, iisdem concedimus ut, cum ad certam stationem se receperint, ibi, in quovis nempe templo, iubilares visitationes, praescriptas preces recitando, instituere possint.

2. Locorum Ordinarii poterunt, aut per se ipsi, aut per ecclesiasticos delegatos viros, si qui impediuntur ne visitationes, eo modo quo imperantur, obeant, vel harum numerum contrahere; vel ecclesias invisendas ad minorem item numerum reducere; vel denique sacras visitationes in alia pietatis caritativae opera commutare, ad singulorum condicionem accommodata. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, religiosas sorores, tertiarias regulares, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu *Conservatoriis* degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam vitae actioni deditos, ut Cistercienses Reformatos B. M. V. de Trappa, Eremitas Camaldulenses et Carthusianos; eos praeterea, qui aut captivi sunt, aut in carceribus custodiuntur; et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti ii quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt; ac generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant; aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constitutione »Qui umbra-

* Cfr. Litt. Apost. »Quod nuper« de 6. Ian. 1933.

tilem vitam« die XXX mensis Ianuarii superiore anno data descripsimus; ac senes denique, qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

3. Ordinariis locorum pariter liceat — etiam per delegatos, ut supra diximus — minorem visitationum numerum praestituere, *a)* conlegiis auctoritate ecclesiastica probatis, sive clericalibus, sive religiosis; *b)* confraternitatibus, piis sodalitatibus, atque iis tantummodo laicorum consociationibus, quarum sit catholica opera provehere; *c)* adulescentibus, qui in conlegiis vivunt, vel conlegia, institutionis educationisque gratia, aut cotidie, aut statis diebus celebrant; *d)* christifidelibus, qui, aut duce parochus vel sacerdote ab eo delegato, aut alio sacerdote duce — in locis tamen dumtaxat, ubi parociae legitime constitutae non sunt — visitationes peracturi sint. — Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuunt numerum, ut ii omnes, quos nominavimus, instituta pompa, etiam sine suis insignibus, ad sacras invisendas aedes incedant.

4. Ubi cumque autem, quavis de causa, ita incedendi per publicas vias facultas non erit, Ordinario loci eiusve delegatis liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere ac reducere, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur, aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delegati ab obligatione sacramentalis confessionis et sanctae Communionis nullum alium exsolvant, nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat.

VIII. Ad facultates quod pertinet, confessariis, ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quibus in excipienda Iubilaei confessione salutariter utantur, haec, quae sequuntur, decernimus.

1. Confessariis illae integrae sunt facultates absolventi, dispensandi, commutandi, quascumque ab Apostolica hac Sede vel in perpetuum vel ad tempus legitime impetraverint; id tamen intra concessionis terminos.

2. Monialibus iisque aliis feminis, quarum ad confessiones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis adprobatio Ordinarii requiritur, fas esto quemvis confessarium sibi eligere, ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum, apud quem Iubilaei confessio peragi queat; cui quidem electo confessario concedimus ut, in excipiendis dumtaxat Iubilaei confessionibus, omnes exercere possit facultates, quas ipse, vi Apostolicae huius Constitutionis, pro omnibus christifidelibus iam habeat.

3. Confessariis omnibus concedimus, ut per Annum

Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet paenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur.

IX. At hisce amplissimis facultatibus ne utantur nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

1. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter, nisi in adiunctis can. 900, illos, qui in casum inciderint Sanctae Sedi reservatum ad normam decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, d. XVI mensis Novembris, a. MDCCCXXVIII (cfr. *Acta Apost. Sedis*, vol. XX, pag. 398); vi cuius decreti tamen, post etiam obtentam absolutionem, obligatio adhuc viget ad Sacram Paenitentiarium recurrendi eiusque mandatis obtemperandi.

2. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint.

3. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum, ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter, reparaturos.

4. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, masonicis aliisque id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata saltem coram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336 § 2, denuntiaverint: nisi libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem — idque iustis gravibusque de causis — per se ipsi destruxerint; sin minus, ipsimet sincero animo sponderint se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari et frequenti sacramentali confessione.

5. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

6. Possint iidem confessarii omnia et singula vota *privata*, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave paenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

7. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate, de qua in can. 985, 4^o; sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat.

8. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu (sexto vel quarto iuxta computationem Orientalium) collateralis, etiam attingente primum (quartum vel tertium Orientalium), quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

9. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitentia.

10. Ad visitationes quod attinet quattuor ecclesiarum, confessarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescriptas ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem a visitatione alicuius ecclesiae, eam commutando — si fieri potest —

in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi. Singulis autem, qui, morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas ecclesias invisere nequeant, praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, commutent. Confessarii tamen sciant, se conscientiam suam oneratos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere.

11. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam non habeat.

12. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediuntur. Volumus autem, Iubilaei causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur.

13. Confessarii sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut Iubilaei veniam lucrentur.

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris ac dispensandi ab irregularitate cum eodem paenitente uti nequeant nisi semel tantum, cum ipse Iubilaei veniam primum lucretur; itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a censuris absolutus iam non fuerit, vel ab irregularitate dispensatus.

Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub n. 10 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt.

Ceterum, si qui post inchoata, huius Iubilaei adipiscendi animo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem rite confessos ac sacra Communione refectos, memoratae indulgentiae participes fieri volumus, non secus ac si omnia imperata opera explevisent.

Itaque haec omnia, quae per Apostolicas has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma ac

valida existere et fore, ad effectum Iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet. Earum autem Litterarum exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo munitis viri in ecclesiastica dignitate constituti, eamdem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, voluntatis et declarationis infringere, vel ei, ausu temerario, contra ire. Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die secundo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto, Pontificatus Nostri decimo tertio.

Fr. TH. PIUS O. P. Card. BOGGIANI,
Cancellarius S. R. E.

LAURENTIUS Card. LAURI,
Paenitentiaris Maior.

Ioseph Wilpert,
Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.

Vincentius Bianchi-Cagliesi,
Protonotarius Apostolicus.

Can. Alfridus Liberati, *Adiutor a studiis.*

Loco † Plumbi.



Apostolische Verordnung.

Ausdehnung des allgemeinen außerordentlichen Jubiläums, das in den Jahren 1933 — 1934 zu Rom gefeiert wurde, auf den ganzen Erdfreis.



Pius Bischof

Diener der Diener Gottes,

entbietet allen Christgläubigen, die gegenwärtiges Schreiben lesen werden, Gruß und Apostolischen Segen!

Das im vorigen Jahre angekündigte allgemeine außerordentliche Jubiläum zu Ehren des 1900jährigen Gedächtnisses der Erlösung des Menschengeschlechtes ist nunmehr zu einem glücklichen Ende geführt. Es brachte den Seelen Reinheit und Entföhnung und richtete ihren Blick von der „irdischen Wohnstätte“ nach oben; es spendete so viele und so große Wohltaten und göttliche Tröstungen, daß Wir Uns nicht genug tun können, dem großen und guten Gott Unseren steten Dank auszusprechen. Wir sahen im Verlauf dieses Heiligen Jahres — das Wir, wie Wir bekennen, nur der Güte Gottes verdanken — fast unzählige unserer Kinder einzeln und scharenweise dieser Heiligen Stadt zufließen. Wir empfingen sie und richteten sie auf durch Unser väterliches Wort. Aus allen Ständen kamen sie: aus dem Arbeiterstande, der durch tägliche Arbeit sich seinen Lebensunterhalt erwerben muß; aus den Vornehmen und Regierenden, die in dieser schweren Zeit — ein rühmliches Beispiel — nicht nur für sich, sondern auch für alle ihnen Anvertrauten die Hilfe des Himmels ersuchten. Es kamen die, welche in der Jugendblüte stehen, und auch

die vom Alter schon Gebeugten scheuten nicht die Beschwerden einer Reise nach Rom. Und nicht nur aus Italien und den benachbarten Gebieten, sondern auch aus den überseeischen Ländern und fast aus der ganzen Welt kamen sie zusammen, sodaß die uralten Kirchen Roms, die Katakomben und selbst die Straßen der Stadt widerhallten von den hehren Gesängen, die die Scharen der Gläubigen „aus allen Sprachen, Völkern und Nationen“ voll Frömmigkeit anstimmten. Nicht selten kam es vor, daß man Männer und Frauen sah, die in Erneuerung einer Sitte alter Rompilger zu Fuß von weither nach Rom kamen, um den gemeinsamen Vater zu besuchen und Verzeihung ihrer Sünden zu erflehen. Ihnen allen spenden Wir Unser väterliches Lob und dies um so mehr, als die schwere und drückende Wirtschaftskrise noch nicht aufgehört hat, und daher nicht wenige Pilger bei ihrem frommen Entschluß und dessen Durchführung sehr große Schwierigkeiten antraten und überwinden mußten.

Weil dennoch nicht alle, dem Zuge ihres Herzens folgend, nach Rom eilen konnten zur Erlangung reicher himmlischer Gnadenschätze, hielten Wir es für angemessen, daß nach Sitte und Gewohnheit des Apostolischen Stuhles der bisher nur für die Einwohner Roms und die Wallfahrer zur Heiligen Stadt geltende Jubiläumsablaß während eines ganzen Jahres überall Geltung habe. Damit

sich diese Anordnung segensreich auswirke, ermahnen Wir die Verwalter der Kirche und insbesondere die Bischöfe, daß sie — durch geeignete Predigten, geistliche Übungen (Exerzitien) und heilige Wallfahrten — recht viele Gläubigen zur Tilgung ihrer Sünden durch das Sakrament der Buße und zur Gewinnung der Wohlthat dieses vollkommenen Ablasses in rechter Weise vorbereiten und in jeder Weise veranlassen. Sie mögen auch die Gläubigen ermahnen, nach Unserer Meinung innige Gebete zu Gott zu richten. Was diese Meinung angeht, so empfahlen Wir in dem Apostolischen Schreiben „Quod nuper“ zu beten, daß überall die gebührende Freiheit der Kirche wiederhergestellt und allen Völkern Friede, Eintracht und wirkliches Glück zurückgegeben werden. Außerdem aber wünschen Wir nun, daß die Christgläubigen inständig flehen, daß die stete und eifrige Arbeit der Missionare täglich glückliche Erfolge erringe, und daß alle der Kirche Fernstehenden durch Gottes Fügung zum einen Schafstall Jesu Christi zurückgeführt werden.

Dieser Unserer Absicht möchten Wir noch eines hinzufügen, was Uns gar sehr am Herzen liegt. In nicht wenigen Gebieten wachsen die schändlichen Anstrengungen der „kämpfenden Gottlosen“, die gegen Gottes Majestät sich vermessenlich erheben. Nichtswürdig und verbrecherisch erklären sie gleichsam als ihre Parole das Wort: „Ohne Gott, gegen Gott!“ Wir halten es daher für sehr angebracht, daß durch die bevorstehende Verlängerung dieses Sühnejahres und seine Ausdehnung auf den ganzen katholischen Erdkreis für die schweren, der göttlichen Majestät angetanen Beleidigungen in Abbitte und Buße nach Kräften Genugtuung geleistet werde. Das mögen, so bitten Wir, alle Christgläubigen tun. Alle mögen den Vater der Erbarmung darum bestürmen, daß die schrecklichen Anschläge dieser verdorbenen Menschen, die nicht nur jegliche Religion, sondern auch jede Zivilisation und

wahre Kultur zu vernichten suchen, endlich einmal zurückgedämmt und bereinigt werden. Auch das mögen sie durch ihre Gebete und Sühnewerke erreichen, daß der Erlöser des Menschengeschlechtes die verblendeten Seelen jener — Wir meinen der Leugner und Hasser Gottes — mit den Strahlen göttlichen Lichtes treffe und sie voll Scham und Reue über ihre Vergehen in die Arme des Vaters barmherzig zurückführe. — Darum beabsichtigen Wir auch, bevor noch diese Jubiläumsfeierlichkeiten zu Ende gehen, an einem in der Vatikanischen Basilika stattfindenden öffentlichen Gottesdienst teilzunehmen, und zwar an einem Tage, der zur gelegenen Zeit bekanntgegeben wird.

Kraft der Autorität des Allmächtigen Gottes, der heiligen Apostel Petrus und Paulus und Unserer eigenen dehnen Wir daher das zu Rom begangene Jubiläum der göttlichen Erlösung durch dieses Apostolische Schreiben auf den ganzen Erdkreis aus, nämlich auf die Kirche des abendländischen und des orientalischen Ritus, und verlängern es auf ein ganzes Jahr, und zwar so, daß es vom Oktavtag des diesjährigen Osterfestes bis zum Ende des gleichen Oktavtages des kommenden Jahres 1935 gewonnen werden kann.

Deshalb gewähren und erteilen Wir allen Christgläubigen beiderlei Geschlechtes, auch wenn sie in dem abgelaufenen Heiligen Jahre den Jubiläumsablaß schon gewonnen haben, auf Grund Unserer Apostolischen Autorität einen vollkommenen Nachlaß aller Strafen, die sie für ihre Sünden abzubüßen haben. Er kann überall außerhalb der Ewigen Stadt und ihres Bezirkes gewonnen werden. Bedingung ist, daß sie vorher Verzeihung und Nachlaß ihrer Sünden erlangt haben und nach Empfang der hl. Sakramente der Buße und des Altars die dazu bestimmten Kirchen und öffentlichen Kapellen zur festgesetzten Zeit frommen Sinnes besuchen.

Gegeben zu Rom bei St. Peter am 2. April 1934, im 13. Jahre Unseres Pontifikates.

Fr. Th. Pius O. P. Kard. Boggiani,
Kanzler der hl. Kirche.

Laurentius Kard. Lauri,
Großpönitentiar.

Joseph Wilpert,
Dekan des Kollegiums der Protonotare.



Anweisung über die Gewinnung des Jubiläumsablasses.

I. Unser Hl. Vater Papst Pius XI. hat in der Apostolischen Konstitution »Quod superiore anno« vom 2. April 1934 nach dankbarem Rückblick auf den erhebenden Verlauf des verfloffenen Jubiläumsjahres in Rom diese Gnadenzeit auf die ganze katholische Welt ausgedehnt. Das Jubiläum soll für den katholischen Erdbreis vom Oktavtag des Ostersfestes 1934 bis zum Oktavtag des Ostersfestes 1935 einschließlich, also bis zum Abend des nächstjährigen Weißen Sonntages, dauern, und wie das verfloffene römische Jubiläumsjahr insbesondere ein Jahr dankbarster Erinnerung an die Erlösung der Menschheit durch Christi Menschwerdung, Leiden und Opfertod sein.

II. Während des Jubiläumsjahres können alle Christgläubigen außerhalb Roms sowohl für sich wie auch fürbittweise für die Verstorbenen den großen vollkommenen Jubiläumsablaß gewinnen, und zwar »Toties-Quoties«, d. h. sooft sie im Stande der heiligmachenden Gnade die unten angegebenen guten Werke verrichten. Hierbei ist aber zu beachten, daß man mit der Gewinnung eines weiteren Jubiläumsablasses nicht eher beginnen kann, als bis alle Verpflichtungen zur Gewinnung des früheren erfüllt sind. Auch diejenigen Gläubigen, die bereits im verfloffenen Jubiläumsjahre, sei es durch die Pilgerfahrt nach Rom, sei es in der Heimat, des Jubiläumsablasses teilhaftig geworden sind, können ihn in dem jetzt begonnenen Jubiläumsjahre von neuem gewinnen.

III. Der dreifachen Gebetsmeinung, in der die Gläubigen die vorgeschriebenen Gebete und guten Werke zur Gewinnung des Jubiläumsablasses verrichten sollen, gibt der Hl. Vater folgende Ziele: Freiheit der Kirche auf dem ganzen Erdbreis,
Friede, Eintracht und wahres Glück unter allen Völkern,
Fortschritt der Heidenmission und Wiedervereinigung im Glauben.

Außerdem aber sollen die Gläubigen noch ein besonderes Herzensanliegen des Hl. Vaters zum Gegenstand ihres Gebetes und ihrer Sühnewerke machen, nämlich die Abwehr der sogenannten „Gottlosen-Bewegung“.

IV. Die Gläubigen sind durch die Verlesung der deutschen Uebersetzung des Hauptteiles der Jubiläumsbulle und dieser unserer Anweisung sowie auch sonst in Predigt und Katechese über die Bedeutung und den Zweck des begonnenen Jubeljahres zu unterrichten. Auch wird den Herren Pfarrern und Kuraten nahe gelegt, durch besondere gottesdienstliche Feiern und kirchliche Veranstaltungen — Triduen, Missionen, Eucharistische Wochen — im Laufe des Jahres die Gläubigen zu eifriger Benutzung der Gnadenzeit des Jubeljahres aufzurufen. Während der Jubiläumszeit ist von allen in der Erzdiözese zelebrierenden Priestern anstatt der bisher vorgeschriebenen Imperata Nr. 12 täglich, soweit die Rubriken dies zulassen, die Oracion aus der Missa votiva pro remissione peccatorum zu beten.

V. Zur Gewinnung des Jubiläumsablasses sind j e d e s m a l folgende Bedingungen zu erfüllen:

1. Reumütige Beichte und würdige Kommunion.
2. Z w ö l f K i r c h e n b e s u c h e in bestimmten Kirchen.

In der Bischofsstadt Freiburg (Innenstadt) sind die Kathedrale (Münster), St. Martin, St. Johann sowie die eigene Pfarrkirche je dreimal zu besuchen; für die Pfarrangehörigen der Münster-, St. Martin- und St. Johannspfarrei wird die Herz-Jesu-Kirche als vierte Kirche bestimmt. In allen anderen Pfarreien der Erzdiözese gilt die Pfarrkirche bzw. Kuratiekirche (für Filialen mit eigenem Sonntagsgottesdienst die Filialkirche) als Jubiläumskirche, die sonach zwölfmal besucht werden muß.

Die Kirchenbesuche können am gleichen Tage

auch unmittelbar nacheinander oder an verschiedenen Tagen gemacht werden.

3. Für jeden einzelnen Kirchenbesuch sind zur Erinnerung an die Erlösung und insbesondere an das bittere Leiden des Gottmenschen vom Hl. Vater folgende Gebetsübungen zur Pflicht gemacht:

- a) vor dem Sakramentsaltar: fünf „Vater unser“ und „Gegrüßet seist Du, Maria“ und „Ehre sei dem Vater“ sowie dieselben Gebete ein sechstes Mal nach der besonderen Meinung des Hl. Vaters;
- b) vor einem Kreuzesbilde in der Kirche: dreimal das „Apostolische Glaubensbekenntnis“ und einmal das Gebet: „Wir beten Dich an, Herr Jesus Christus, und preisen Dich; denn durch Dein heiliges Kreuz hast Du die Welt erlöst“, oder ein anderes Gebet von ähnlichem Inhalte;
- c) vor einem Muttergottesbilde in der Kirche: sieben „Gegrüßet seist Du, Maria“ zur Verehrung der Schmerzen Mariens und einmal das Gebet: „Heil'ge Mutter, drück' die Wunden, die Dein Sohn für mich empfunden, tief in meine Seele ein“, oder ein anderes Gebet von ähnlichem Inhalte;
- d) zum Abschluß vor dem Sakramentsaltare: einmal das „Apostolische Glaubensbekenntnis“.

Ist in einer Kirche nur ein Altar, so verrichtet man bei jedem Kirchenbesuch alle diese Gebete vor eben diesem Altar.

Bei gemeinschaftlichen Kirchenbesuchen (in Prozessionen oder Gruppen) können die vorgenannten Gebete auch als Wechselgebete verrichtet werden.

Es ist gestattet, die vorgeschriebenen zwölf Kirchenbesuche ganz oder teilweise auch in anderen Kirchen oder öffentlichen Dratorien innerhalb oder außerhalb der Erzdiözese zu machen, sofern diese Kirchen für Jubiläumsbesuche bestimmt sind.

VI. Um den vielgestaltigen Bedürfnissen der Gläubigen Rechnung zu tragen, sind für bestimmte Fälle nachstehende Erleichterungen gewährt:

1. Schiffer und alle auf Schiffen Beschäftigte können, wenn das Schiff, auf dem sie reisen, eine Kapelle hat, in der Gottesdienst gehalten werden darf, in dieser Kapelle die zwölf Jubiläumsbesuche machen. Andernfalls können sie an jedem Orte, an dem das Schiff anlegt, in jeder Kirche ihre Jubiläumsbesuche machen. Die vorgeschriebenen Gebete haben aber auch sie zu verrichten.
2. Allen Pfarrern geben wir kraft Apostolischer Bevollmächtigung für ihre Pfarrkinder und allen Beichtvätern für ihre Beichtkinder die Vollmacht, jenen Personen, die verhindert sind, die Kirchenbesuche in der vorgeschriebenen Weise zu machen:
 - a) die Zahl der Kirchenbesuche zu beschränken oder
 - b) die Kirchenbesuche in andere Werke der Frömmigkeit oder der christlichen Nächstenliebe entsprechend den persönlichen Verhältnissen des einzelnen umzuwandeln.
3. Als verhindert gelten nach der Apostolischen Konstitution:
 - a) alle Ordensfrauen und Mitglieder ordensähnlicher weiblicher Vereinigungen, die in Stiften oder Instituten wohnen,
 - b) die Mitglieder beschaulicher Männerorden,
 - c) Gefangene und Internierte aller Art,
 - d) Kranke und Kränkliche, einerlei, ob sie in Krankenhäusern oder zu Hause weilen, sowie die Personen, die mit ihrer Pflege beschäftigt sind,
 - e) alle überhaupt, die durch irgendein bestimmtes Hindernis von den Besuchen in der vorgeschriebenen Form abgehalten sind,
 - f) Arbeiter, die von ihrem täglichen Lohn leben müssen und die für die vorgeschriebenen Kirchenbesuche nötige Zeit nur schwer erübrigen können,
 - g) Greise nach vollendetem 70. Lebensjahre.

4. Die Insassen der weiblichen Ordensniederlassungen in der Erzdiözese, der weiblichen Institute und Heime, Krankenhäuser sowie aller Erziehungsanstalten und Erholungsheime können ebenfalls den Ablass gewinnen, wenn sie — neben Erfüllung der übrigen Bedingungen — die Kapelle des betreffenden Hauses oder Heimes zwölfmal besuchen.

Diejenigen Gläubigen, die während des Jubiläumjahres im Erzbistum Freiburg an Exerzitien teilnehmen, können die zwölf Kirchenbesuche in der Kapelle des Exerzitienhauses machen.

5. Die Jubiläumsbeichte, für welche den Beichtvätern besondere Vollmachten verliehen sind, (vergl. obige päpstliche Constitutio VIII und IX), kann von allen Gläubigen — auch von Ordensfrauen und Novizinnen — bei jedem zum Beichtören in unserer Diözese bevollmächtigten Priester abgelegt werden.

Der zur Gewinnung des Ablasses vorgeschriebene Empfang der heiligen Sakramente der Buße und des Altars kann vor den vorgeschriebenen Kirchenbesuchen oder auch zwischen oder nach denselben erfolgen. Nur ist Vorschrift, daß derjenige, der den Ablass gewinnen will, bei Vollendung des letzten Werkes, das auch die heilige Kommunion sein kann, im Stande der heiligmachenden Gnade ist.

VII. Wir bevollmächtigen die Pfarrer und Kuraten, zur Gewinnung des Jubiläumsablasses auch

gemeinsame Kirchenbesuche und Prozessionen innerhalb und außerhalb der Kirche, wobei Fahnen und kirchliche Abzeichen nicht erforderlich sind, zu veranstalten oder, wenn dies nicht tunlich ist, Jubiläumsandachten zu halten, wobei dann jeweils die vorgeschriebenen Ablassgebete zu verrichten sind. Für die Teilnahme an solchen gemeinsamen Kirchenbesuchen, Prozessionen oder Andachten kann die Zahl der vorgeschriebenen Kirchenbesuche insoweit ermäßigt werden, daß für die jedesmalige Teilnahme an den genannten gemeinsamen Veranstaltungen vier Kirchenbesuche als abgegolten betrachtet werden. Wir empfehlen, daß in jeder Pfarrei wenigstens einmal im Monat solche Jubiläumsveranstaltungen gehalten und die Gläubigen zur Teilnahme eingeladen werden.

Es ist kein Zweifel, daß das Gnadenjahr 1934-1935 berufen ist, unermesslichen Segen über unser katholisches Volk zu bringen, und daß das Ausmaß dieses Segens großenteils dem Eifer der Seelenhirten entsprechen wird.

Bei größeren Beichtkonkursen sollen wenigstens einmal auch fremde Beichtväter zugezogen werden.

VIII. Während der ganzen Jubiläumszeit soll diese Verordnung, die in Sonderdruck dieser Nummer des Amtsblattes beiliegt, an einer den Gläubigen leicht zugänglichen und sichtbaren Stelle der Kirche angeheftet bleiben.

Die deutsche Uebersetzung des allgemeinen Teiles der Jubiläumsbulle sowie diese unsere Verordnung sind am Dreifaltigkeitssonntag in allen Kirchen und Kapellen unserer Erzdiözese beim vor-mittägigen Gottesdienste bekanntzugeben.

Freiburg i. Br., den 6. Mai 1934.

‡ **Sonrad,**
Erzbischof.



(Ord. 12. 5. 1934 Nr. 7104.)

Abhaltung des Concursus pro beneficiis 1934.

Der Pfarrkonkurs für 1934 findet vom 2. bis 4. Oktober d. J. im Collegium Borromaeum in Freiburg i. Br. statt. Zugelassen werden die Diözesanpriester, welche das fünfte Priesterjahr zurückgelegt haben.

Die Gesuche um Zulassung mit Angabe des Ordinationsjahres, der Orte und Zeitdauer der seitherigen Anstellungen sind bis 1. September d. J. uns vorzulegen. Ein besonderer Erlaß über Zulassung zur Prüfung ergeht nicht.

Die Konkurrenten haben sich Montag, den 1. Oktober, nachmittags zwischen 4 bis 6 Uhr zum Eintrag in die Prüfungsliste auf unserem Sekretariat einzufinden.

Die Gegenstände der schriftlichen Prüfung sind: Dogmatik, Moral, Pastoral, Predigt und Katechese; der mündlichen Prüfung: Dogmatik, Moral, Pastoral und Kirchenrecht. Dazu kommt der freie Vortrag eines Predigtabschnittes. Die Prüfung im Kirchenrecht erstreckt sich auf liber III und V C. J. C.

Wer das Pfarrexamen bestanden hat, erhält Jurisdiktion bis auf Widerruf.

Freiburg i. Br., den 12. Mai 1934.

Erzbischöfliches Ordinariat.

(Ord. 16. 5. 1934 Nr. 7212)

Verlorenes Brevier.

Beim Reichsbahn-Fundbüro in Köln a. Rh., Hofergasse, wurde ein Brevier, Pars autumnalis, Verlag Pustet, Ausgabe 1922, Großdruck mit Proprium Friburgense als Fundgegenstand abgegeben. Der Eigentümer wolle sich mit dem Fundbüro in Verbindung setzen.

Freiburg i. Br., den 16. Mai 1934.

Erzbischöfliches Ordinariat.

Priester-Exerzitien

im Collegium Borromaeum (Erzb. Theol. Konvik) in Freiburg i. Br. vom 17. bis 21. September,

in der Erzabtei Beuron vom 20. bis 24. August, 27. August bis 1. September (liturgisch-dogmatischer Kurs), 24. bis 28. September, 1. bis 5. Oktober, 8. bis 12. Oktober.

Ernennung.

Der hochwürdigste Herr Erzbischof hat durch Urkunde vom 12. Mai d. J. den Herrn Ordinariatsrat Dr. Joseph Wögtle zum Vize-Offizial des Erzbischöflichen Offizialates bestellt.

Anweisung der Neupriester 1934.

Ahdt Bernhard von Bilsingen, als Vikar nach Ettenheim.

Bank Oskar von Kirchzarten, als Vikar nach Oberharmersbach.

Baumgärtner Hellmuth von Offenburg, als Vikar nach Donaueschingen.

Brenning August von Hainstadt, als Vikar nach Hemsbach.

Burkart Heinrich von Forchheim bei Karlsruhe, als Vikar nach Lautenbach.

Egle Wilhelm von Konstanz, als Vikar nach Mühlhausen bei Wiesloch.

Eidel Joseph von Offenburg, als Vikar nach Weildorf.

Haas Clemens von Dedsbach, als Vikar nach Bettmaringen.

Harder Emil von Grimmelshofen, als Vikar nach Plankstadt.

Hauswirth Wilhelm von Sickingen, als Vikar nach Schliengen.

Hesner Wilhelm von Mannheim, als Vikar nach Weil a. Rh.

Holderbach Linus von Hainstadt, als Vikar nach Heidelberg-Handschuhsheim.

Holzappel Egidius von Hilpertsau, als Vikar nach Adolfszell.

Hunn Erich von Adelhausen, als Vikar nach Karlsruhe-Bulach.

Krämer Emil von Oberschoppsheim, als Vikar nach Eigeltingen.

Krist August von Höfendorf, als Vikar nach Dürmersheim.

Maier Joseph Anton von Karlsruhe, als Vikar nach Neusäß.

Marder Hermann von Unteralpfen, als Vikar nach Lautenbach.

Mug Alois von Freiburg i. Br., als Vikar nach Kirchdorf.

Nägelle Alfred von Furtwangen, als Vikar nach Wohlen.

Perrot Joseph von Kolmar, als Vikar nach Ottersweier.
 Rapp Paul von Freudentweiler, als Vikar nach St. Leon.
 Roos Valentin von Bahlzbach, als Vikar nach Urloffen.
 Rößler Walter von Karlsruhe, als Vikar nach Bühl, Def. Offenburg.
 Schmidt Rudolf von Freiburg i. Br., als Vikar nach Hardheim.
 Schneble Albert von Mannheim, als Vikar nach Destrungen.
 Schöner Fritz von Zell a. H., als Vikar nach Dillweissenstein.
 Speidel Hans von Burladingen, als Vikar nach Sigmaringen.
 Uhlig Robert von Karlsruhe, als Vikar nach Flehingen.
 Dr. Alfamer Gebhard von Gerichtstetten, als Vikar nach Kirchzarten.
 Weber Heinrich von Dittwar, als Vikar nach Karlsruhe-Müppur.
 Wunsch Emil von Forbach, als Vikar nach Lörrach.
 Wußler Karl von Dhlzbach, als Vikar nach Ettlingenweier.
 Zimmermann Herbert von Billingen, als Vikar nach Triberg.

Versehungen.

15. Mai: Dr. Alphons Schneider, bisher beurlaubt, als Vikar nach Freiburg i. Br., St. Konrad.
 15. " Erwin Keller, Vikar in Freiburg i. Br., St. Martin, als Missionar an das Missionsinstitut daselbst.
 15. " Joseph Reichenbach, Vikar in Karlsruhe, St. Stephan, als Missionar an das Missionsinstitut in Freiburg i. Br.
 16. " Heinrich Auer, Vikar in Lörrach, i. g. E. nach Baden-Lichtental.
 16. " Georg Baumann, Vikar in Hardheim, i. g. E. nach Hettlingen.
 16. " Dietrich Binder, Vikar in Radolfszell, i. g. E. nach Karlsruhe, St. Stephan.
 16. " Karl Degler, Vikar in Durlach, i. g. E. nach Konstanz, St. Stephan.

16. Mai: Jakob Dörner, Vikar in Hemsbach, i. g. E. nach Mannheim-Friedrichsfeld.
 16. " Adalbert Färber, Vikar in Baden-Lichtental, i. g. E. nach Freiburg-Haslach.
 16. " Emil Gindele, Vikar in Heidelberg-Handschuhshheim, i. g. E. nach Durlach.
 16. " Heinrich Herrmann, Vikar in Triberg, i. g. E. nach Karlsruhe-Beiertheim.
 16. " Alfred Hummel, Vikar in Ettlingenweier, i. g. E. nach Wiesental.
 16. " Karl Hund, Vikar in Destrungen, i. g. E. nach Wühl.
 16. " Erminold Jörg, Vikar in Konstanz, St. Stephan, i. g. E. nach Mannheim, St. Joseph.
 16. " Joseph Mückenhausen, Vikar in Nollingen, als Kaplaneiverweser nach Psullendorf.
 16. " Stephan Oberle, Vikar in Karlsruhe-Mühlburg, i. g. E. nach Mannheim, St. Peter.
 16. " Johann Riegelsberger, Vikar in Neusäß, i. g. E. nach Böhrenbach.
 16. " Karl Sachs, Vikar in Mannheim, St. Peter, i. g. E. nach Karlsruhe-Mühlburg.
 16. " Heinrich Schubnell, Vikar in Bettmaringen, i. g. E. nach Ddenheim.
 16. " Eugen Walter, Vikar in Mannheim, St. Joseph, i. g. E. nach Freiburg i. Br., St. Martin.
 16. " Wilhelm Weber, Vikar in Urloffen, i. g. E. nach Löffingen.
 16. " Eugen Weiler, Vikar in Friedrichsfeld, i. g. E. nach Rheinfeld.
 16. " Hermann Joseph Wegel, Pfarrverweser in Densbach, i. g. E. nach Hinterzarten.
 16. " August Zeller, Kaplaneiverweser in Psullendorf, als Pfarrverweser nach Volkertshausen.
 16. " Joseph Rbnig, Vikar in Durmersheim, i. g. E. nach Schweinberg.
 17. " Franz Knecht, Vikar in Plankstadt, i. g. E. nach Freiburg i. Br., Maria Hilf.

Sterbfall.

10. Mai: Alphons Zeil, resign. Pfarrer von Nordrach, † in Offenburg, Vinzentiushaus.

R. I. P.

